HONORIUS AUGUSTODUNENSIS. GERHOHUS REICHERSBERGENSIS. HOMILIAE
12. Jh. Seite 31r
Quelle: http://manuscripta.at/?ID=26398
Copyright: Admont, Benediktinerstift



factura absoluta tradit. Ergo per unam diem in qua
cuncta creata indicat. lucida angelice substantie
naturam insinuat quam eternus sol iusticie suo splen
dore irradiat. In qua die ipse cuncta credidit. deus
angelis in uerbo suo cuncta adhuc creanda prenos
cere tribuit. Per sex autem dies quibus deum opera sua perfe
cisse dicit. perfectionem tantum facture dei innuit.
quam per senarium numerum exprimit. Qui in nume
ris ideo perfectissimus memoratur. eo quod suis par
tibus per omnia compleatur. In unitatem quippe et binarium
et ternarium soluitur. et ab his deinde in integrum resti
tuitur. Unum enim et duo et tria sex faciunt. Quam
regulam peritissimus phylosophorum plato. non ignora
uit qui ob perfectionem eiusdem numeri. librum suum sic
unus duo tres inchoauit. Per unitatem itaque ipse fons
et principium omnium rerum deus intelligitur. qui uere solus
unus esse dicitur. A quo binarius nascitur. deus spiritalis
creatura ab eo producitur. A quo item ternarius gignitur.
deus corporeus mundus creditur. Qui numerus replicatur.
deus omnia ex patre per filium in spiritu sancto subsistere intel
ligibili nature manifestatur. Senarius ergo numerus
consumatur. deus triplex factura scilicet spiritalis. sensibi
lis. insensibilis. a triplici factore. patre uidelicet et
filio et spiritu sancto continere consideratur. Vnde et septima die
deus ab operibus suis requieuisse describitur. quia post perfecti